

ipsas tantum , sine respectu eorum , quos representant in cœlo , peccat mortaliter .

Qui fingit , parat , tenet ita lasciuas & in honestas imagines , ut probabile sit moturas alios ad turpia , peccat mortal . Item qui portat , vel habet imagines opprobriosas Deo , Sanctis , Summo Pontifici , personis ecclesiasticis , vel fidei , peccat mortaliter .

33 Qui aliquid futurum , vel arcanum credit , quia aliquid somniauit propter expressam , aut tacitam dæmonis iuocationem , peccat mort . Similiter qui ob somnium aliquid facit contra salutem animæ .

34 Qui consulunt , fingunt , vel portant certa spe quædam nomina scripta ad aliquid habendum , vel fugiendum , p. m. quia talia nomina nullani vim habent , nisi simpliciter portent verba scripturæ ob deuotionem . Similiter & qui vivunt superstitione in actionibus suis ; potest tamen ignorantia , & simplicitas excusare a peccato .

35 Qui aliquos versus scriptos in die Ascensionis , tali hora gestat , credens minorem virtutem habituros , si alio die , vel hora scripti fuissent . Similiter herbas collectas in die Domini Ioannis vel alterius sancti vel in alio festo , vel hora , qui credit habere virtutem . Similiter qui gestat reliquias sacras modo superstitione , ut si in vase trigono , vel rotundo , peccat mortal . nisi ignorantia , vel simplicitas excusat . Item mulieres , vtentes signis , benedictionibus , & orationibus licitis sine superstitione , & vanitate , vt obtestantes per pulsionem Christi , huiusmodi non peccant , preser-